

2278. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: AN IN INFINITO DETUR MEDIUM

Vorläufige Datierung: [Um 1700]

Überlieferung:*L* Konzept: LH IV 3, 5e Bl. 13. 1 Zettel (11 x 14,5 cm). Unregelmäßig beschnitten. 2 S.

5

bearbeitet von Hanns-Peter Neumann

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Da unser Stück John Lockes *An Essay Concerning Humane Understanding* zitiert, muss es nach dessen Erstedition im Jahre 1690 entstanden sein. Leibniz bewegt sich bei der lateinischen Paraphrase der Locke-Stelle auffällig nahe an den Eigenarten der lateinischen Übersetzung des *Essay*, die 1701 erschienen ist. Berücksichtigt man weiterhin die Möglichkeit, dass Leibniz auch sein Exemplar der französischen Übersetzung des *Essay* aus dem Jahr 1700 herangezogen haben könnte, so wäre unser Stück am ehesten auf den Zeitraum um 1700 bis 1701 zu datieren.

[Thematische Stichworte:] *linea recta interminata*; *medium in infinito*; Locke

[Einleitung:] —

Quaeritur an in infinito detur Medium. Exempli causa in linea recta utrinque interminata? Ita videtur; fingendo enim in ea ab aeterno motum punctum utrinque; *A* a dextro, et *B* a sinistro aequali celeritate, locus ubi concurrent duo mobilia, *A* et *B*, erit punctum *C* medium quod rectam utrinque interminatam bisecabit. Sed linea ab una parte interminata bisecari nequit. Itaque nec lineae utrinque interminatae pars quarta inveniri potest. Sed quid si ponamus in linea utrinque interminata moveri duo puncta ab aeterno inaequali celeritate? Sed uniformiter verbi gratia, ut celeritas puncti *A* ad celeritatem puncti *B*, sit ut 3 ad 1. Sequetur punctum concursus *D* secare rectam in duas partes: *AD* quae erit $\frac{3}{4}$ totius, et *BD* quae erit $\frac{1}{4}$. Sed ita sequeretur *CD* lineam finitam fore etiam $\frac{1}{4}$, quod est absurdum.

Itaque hypothesis duorum punctorum ab aeterno uniformiter motorum, celeritate inaequali possibilis non est. Nam etsi in eadem recta non fuissent mota, transferri tamen omnis eorum motus in unam rectam potest, si modo ab aeterno sint mota. Dicendum ergo erit, compensationem fieri in aeterno, ut non unum semper alio celerius moveatur, sed quantum uno tempore

14 in (*I*) linea recta (2) infinito *L* 15 enim (*I*) utrobique (2) in ea *L* 15 utrinque; (*I*) locus ubi concurrent duo mobilia (*a*) erit (*b*) aequali (2) *A* ... sinistro *L* 16 *A* et *B* erg. *L* 16 *C* erg. *L* 19 Sed uniformiter erg. *L* 21 $\frac{3}{4}$ (*I*) ipsi (2) totius *L* 22 *CD* (*I*) partem ⟨f⟩in (2) lineam *L* 23 aeterno (*I*) in ⟨a⟩ (2) inaequali celeritate motorum (3) uniformiter *L*

celerius, tantum alio tardius; foreque aliquod momentum temporis in tota aeternitate quo omnium motus aequetur. Haec sequuntur ex additione omnis ab aeterno motus ejusdem puncti. Verum enim vero dixi alibi, in ipso infinito totum et partem locum non habere.

Nam cum ex prima hypothesi ad punctum *C* perveniatur aliquo momento *M* sequitur si celeritas amborum *A* et *B* aequalis quidem et uniformis sed major fuisset concursura in aliquo momento priore *L* et quidem si duplo major infinities distante ab *M*. Sed cum ipsa aeternitas respondeat rectae utrinque interminatae et debeat *M* esse medium aeternitatis respondens medio rectae, jam habebimus aliud medium *L*. Quod est absurdum. Hoc totum ergo fictio est, contraria rebus. Talis quaestio est pluresne infra an supra nos sint creaturae quam movit Lockius Tentam. de intellectu lib. 3. c. 6. §. 12.

10

2 ex (1) <com> (2) fictione (3) compa (4) translati (5) omnis ab aeterno (6) additione *L* 3 infinito
(1) nec totum nec (2) totum et *L* 6 et ... *M* erg. *L* 9 quam ... §. 12 erg. *L*

10 Lockius ... § 12.: vgl. J. LOCKE, *An Essay Concerning Humane Understanding*, London 1690 u.ö., S. 213 (Leibn. Marg. 38); vgl. auch die französische Übersetzung durch Pierre Coste: *Essai Philosophique Concernant L'Entendement Humain*, Amsterdam 1700, S. 557 (Leibn. Marg. 39) sowie die lateinische Übersetzung *De Intellectu Humano*, London 1701, S. 197.